Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium quintum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

et primario; sed indirecte, et consequenter. quia res cog-
noscitur tali aliquo modo ac in se sunt, ex quo
cognoscendi modo resultant entia rationis.
Obiicies 4o. Ens rationis non est cognoscibi-
le a nobis: ergo neque fieri per cognitionem. conse.
quentia patet, antecedens probatur. Vel n. cognosceretur per
propriam speciem, vel alienam, sed per nullam
cognoscitur, ergo nullo modo est cognoscibile.
R. Ex dictis, ens rationis cognosci per propriam
speciem expressam, non tamen impressam;
sed cognosci per speciem impressam entis rea-
lis quidem ens rationis, quod est alterius lineae,
possit cognosci per speciem impressam entis
realis, non adeo clare patet. magis ex-
plicandum facilius est, si dicatur speciem impres-
sam entis realis non ex aequo repraesentare
ens reale et rationis, sed primo et per se repraesentare
ens reale, secundario vero ens rationis, cum
aliqua quasi subordinatione, unde quia ens rationis
ad modum entis realis cognoscitur. f.

Dubium Quintum.

Quodnam sit Obiectum Logicae.

Variae

Variæ et multum disserepantes sunt de obo Logicæ sententiæ.

Prima est nominalium, qui autumant logicam de vocibus agere, vel nude sumptis, vel cum significatione.

2da sententia statuit pro obo logicæ Ens reale, res sc. quatenus mentis quatenus dirigibiles. hanc defendunt multi ex modernis et ex antiquioribus Scotus, Gabriel et alij.

Tertia sententia quæ est Thomistarum ponit pro Obiecto Logicæ Ens rationis. Ita D. Tho. Sunt quidem et aliæ sententiæ, eas tamen hic enumerare nolumus, sed pro explicatione 3æ sententiæ quam ut veritati conformiorem amplectemur,

Nota 1o. Duplex esse Obiectum. Aliud Materiale. Aliud Formale.

Obiectum formale dicitur illud quod per se attingitur a scientia vel potentia aliqua, et ratione cuius cætera etiam attinguntur, ut color v.g. est obiectum formale potentiæ visivæ, quia ille per se attingitur et ratione illius etiam ab ipsa attinguntur

Obiectum Materiale vero dicitur illud quod non per se sed ratione alterius in considerationem venit. ut paries v.g. dicitur obiectum materiale potentiæ visivæ, quia paries non ratione sui sed ratione coloris attingitur a potentia visiva.

Nota 2o. Obiectum formale item dividi in Rationem formalem quæ. Et Rationem formalem sub qua.

Ratio

(margin notes:)
consulto de natura generis soto praedicabilis[?] S.:
Obiectum duplex.
Obiectum formale quid.
Obiectum Materiale quid.
Obiectum formale iterum duplex.

Rao fmlis quae, e ipsa res vel rao q ab ali, qua scia vel arte attingitur; sc: color. *Rao fmlis q.*
Rao vero fmlis sub qua; e modus sub quo scia vel ars illam ratam fmlem, quae attingit. Quod in potia visiua visq patet. *Rao fmlis sub qua.*
Rao fmlis q, n. illius e color. Rao fmlis sub qua; e lumen q colorem manifestat.

Nota 3o. Obm fmle esse duplex. Aliud e adaequatum. Aliud inadaequatum. *Obm fmle e duplex.*

Obm adaequatu e illud q in se complectit Genus in tali scia, virtute obm, ptractantr et aeque late patet ac ipsa scia; et ad q oia q in illa traduntr, revocantur. *Obm fmle Adaequatum.*

Obm vero inadaequatum e tm pars obi adaequati, et ad quod non oia revocantr q in tali scia traduntur. Exemplum huius visq sit in potia visiua, cuius obm adaequatu e color qa nihil possumus videre, nisi sit colore affectum; unde e qdq videtr in rae visibilis reducitr ad colorem. albedo a. e obm inadaequatum potiae visiuae, qa non oia q videntur sunt alba; aut videntr rae albedinis, neqs oia quae videntur reducuntur ad albedinem; sed aliqua tm, ut lana, nix, &. Et in summa obm inadaequatum e obm partiale. *Obm fmle Inadaequatu.*

Inter ista oba partialia sive inadaequata qdam sunt principalia, qdam minus principalia. *Obm inadaequatum, sive partiale duplex.*

Obm principale dr illud q caeteris pstat, aut q excellentius e ijs q in tali scia considerantur, ut obm principale metaphysicae dr *Obm inadaequatu Principale, quod?*

tr Dei, qa aliis q metaphys in consideratam
sub rõe entis advenit, pstat. Quamvis
et obm principale possit dici id, qd finis
principalis quem Scia intendit. Obm vero
minus principale ẽ id q inter alia par-
ticularia sta non adeo excellens et nobile
ẽ. His praenotatis sit

Obm inadaequa, tum minus prin-cipale, quod.

Conclusio prima

Obiectum sumte et adaequatum lo-
gicae, non sunt voces.
Haec Conclusio ẽ contra parum opinionem,
pbatur tn rõe.

Voces non sunt Obm sumte logicae. 1.

Obm sumte et adaequatu alicuj Scia
ẽ illud, rõe cuius oia attinguntur q in tali
Scia tractantur, et ad qd oia revocantur.
Sed in logica multa tractantur q non rõe
vocis attinguntur, neq ad illas revocantur
ergo voces non erunt obm sumte et ade-
quatum logicae. maior constat ex natura
obi sumtis et adaequati. pbatur min. In logi-
ca traduntur rões defis, divisis, et aliorum in-
strumentorum sciendi, sed de haec oia non
considerantur rõe vocis, neq ad illam revo-
cantur cum talia instrumenta sumpter
non sint voces, et sine vocibus possint opti-
me considerari, ergo voces non erunt obm
adaequatu logicae, et sumte. Verum tale
logicam secundario considerare voces, qa in
illis sicut obm logicae in tabula depictum inclui
representat.

2a Obiect

2º Probatur Conclusio. Illud est obiectum formale et adaequatum alicuius scientiae cuius proprietates demonstrantur in tali scientia; sed logica non demonstrat passiones de vocibus, sed de rebus quae voces significant, ut quando demonstrat syllogismum demonstrativum generare scientiam, non demonstrat hoc de hac voce, sed de illo quod illam significat. Ergo voces non erunt obiectum formale et adaequatum logicae. 2.

Conclusio Secunda.

Neque entia realia sunt obiectum formale et adaequatum logicae.

Probatur haec Conclusio. Agere de entibus rerum consideratis secundum realitatem et entitatem spectat ad physicum, et metaphysicum; ergo non ad logicum. Consequentia patet, quia logica et metaphysica sunt distinctae scientiae, ergo sunt distincta obiecta, formale et adaequatum. Haec conclusio magis patebit ex dicendis. Ens reale non est obiectum logicae.

Conclusio Tertia.

Obiectum formale et adaequatum logicae non est syllogismus, nec demonstratio; nec argumentatio; nec modus disserendi stricte sumptus.

Probatur haec Conclusio, quae habet varias partes unica tantum ratione. Obiectum adaequatum debet complecti omnia, quae tractantur

tractantur in tali scientia, sed nullum ex positis in genere continet omnia quae in logica tractantur. ergo nullum ex iis erit obm adaequatum. maior certa, consequentia patet, probatur minor. in logica considerantur rationes generis et speciei, distinctio, subiecti et praedicati, definitionis et divisionis; item considerantur proprietates propositionum, aequipollentia et conversio, sed nec syllogismus nec demonstratio nec argumentatio nec modus discurrendi stricte acceptus continet ista omnia, cum sint distinguantur ab illis. ergo non comprehendunt omnia quae in logica tractantur: et ergo non erunt obm totale et adaequatum illius.

Conclusio Quarta.

Obm materiale remotum logicae sunt omnes res mundi. Res vero operationes mentis secundum realitatem consideratae sunt obm materiale proximum. Haec conclusio habet duas partes. 1a Probatur ad Logicam spectat definire, dividere, et argutari, et tradere praecepta definiendi et dividendi &: sed de omnibus rebus possunt fieri definitiones, divisiones et argumentationes, ergo omnes res mundi sunt obm materiale logicae. consequentia probatur. quia illud est obm materiale alicuius scientiae quod ratione alterius attingitur, et in quo reperit scientia suam rationem formalem, sed omnes res mundi possunt attingi à logica non secundum entitatem et realitatem propriam, quia secundum hanc ad alias scientias spectant: sed ratione formae logicalis, hoc est ratione definitionis, divisionis, &: ergo omnes res mundi sunt obm materiale logicae, quia in illis reperiri potest rationem formalem sui obi.

2a pars

2a Pars pbatur. Mata in quam aliqua ars suam formam introducit est obm mate illius, sed logica introducit suas formas logicales in tres opaes mentis earumque in eam. ergo ipsae erunt obm mate logicae. Deinde 3. opaes mentis veniunt in considerationem logicae sed logica non considerat illas sumptas realiter rat sui, sed rat formae logicalis, ergo 3. opaes mentis sdm realitatem acceptae sunt obm mate logicae. maior ceditur ab omnibus. pbatur min: consideratio opaum mentis sdm realitatem spectat ad animasticum, ergo non ad logicum consequentia vero bene infert: si n. opaes mentis considerantur à logico non rat sui, sed rat alterius formae, erunt ergo obm mate logicae. Diximus res mundi esse obm mate remotum; opaes vero mentis proxm. Quia existimamus formas istas logicales per prius reperiri in conceptibus suis, sdm regulas et praecepta logicae dispositis, et postea ex illis denominationem istam in conceptus obiectivos derivari, ita ut prius forma dfis reperiatur v.g. in conceptu illo suti repraesentante genus et differentiam, postea autem in re ipsa, quae obiective substat tali intentioni dfis scilicet.

Conclusio Quinta

Obm sute et adaequatum Logicae est Ens Rationis dissertivum.

Ens duplex.

Hac conclusione est communis inter thomistas; ante eius pbationem, sciendum, nos non sumere pro obo suti Logicae Ens ratis sumptum in tota sui latitudine quatenus ergo entia ratis complectitur,

Otm ens rõis, dis-sertiuũ ðr.

complectitr, qa dant multa entia rõis, q̃ ad logicam non spectant, ut negates, privatõe et relões aliquae &: mera ficticia.
Sed ens rõis logicum seu disertiuũ. hoc Aptum ad disserendũ, quale ens rõis sumitur ẽ defio, diuiõ et argtaõ. Item rõo generis et spei, stti et pdti; quae oĩa ut pbavimus sunt entia rõis logica.
Infertur haec Conclusio ex pcedentibus. si Otm sunte logicae non sunt voces, neq̃ nãa reales stm se considerata: neq̃ argtaõ, neq̃ syllogismus, nec modus sciendi strictẽ acceptus p defiõe, diuiẽ et argtaẽ, neq̃, et ipsae opaẽs mentis stm entitatem spie acceptae, nihil aliud relinquitur q̃ quod possit assignari p obo eius sunti, quam forma illa logicalis, quam logica intendit intro-ducere in opaẽs mentis; q̃ forma cum sit qd rõis sumitur sumpta, et ad disserendum apta, recte dicta ẽ in conclusiõe Otm sunte logicae esse Ens rõis disertiuum.
Conveniunt ydem oẽs in hoc q̃ y ceptus nri mentis non considerentur à logico stm sua naturalitatem, ut supra dictũ ẽ. sed in qtm substant formis istis logicalibus: hoc ẽ, in qtm sunt dispositi in forma defiis, diuiũs et ar-gtaõis. Dissidium tamẽ de his formis et de hac dispõe conceptum. aliis dicentibus esse ens reale. aliis vero reclamantibus esse tm ens rõis. quod et probatur tales sc: formas esse qd rõis

et non

et non reale. Si essent entia realia, ꝯstatae formae, vel essent substa vel accidens, neu- trum horum pt dici; ergo non sunt entia realia. mai. patet: qa ens reale adaequate diuiditur in substantiam et accidens. pbatur min. discur- rendo per omnia praedicamenta, et maxe si forma syllogismi esset accidens aliquod, esset qua- litas, sed non est qualitas, ergo pbatur minor. qa alias in conceptibus nostris praeter illam quali- tatem requireretur distincta quaedam qualitas quae non est dicendum. pbatur hoc. Conceptus mentis per dispositionem illam logicam nihil acquirunt intrinsice illis inhaerens. ergo formae illae non erunt qualitates reales. consequentia pa- tet. pbatur ant. Nam per hoc quod isti conceptus, aut ratio n.g. accipiantur ab intellectu et considerentur ab illo quatenus explicant essentiam hois, ita ut unus determinet alium per modum contrahentis et contrahibilis, habent formam logicalem de- fi. se: sed hoc nihil reale intrinsicum est in illis. ergo. pbatur minor. qa conceptus accipit vel considerari hoc vel illo modo, est denominatio extrinseca nihil reale ponens in illis, sicuti lumen considerari vel concipi tali vel tali modo nihil reale ponit in illo; ergo et in conceptibus esse tali vel tali modo dispositos vel acceptos nihil reale ponet. Probatur ulterius quod illa dispositio in forma logica passiue sumpta non actiue, sit quid rationis tamen in conceptibus fundatum quum obiectiuis. sicut diuisio bona iuxta regulas logicae, diuisum est superius ad membra diuidentia, et respectu illorum est totum quoddam

Dispositio passiue sumpta est ens rationis. quod probatur.

potentiale: sed haec non dantur à parte rei
ergo nec dispositio passiva logicalis erit ergo
reale. probatur minor. in re non datur totum
potentiale, neque datur à parte rei ratio quaedam
communis et superior ad singularia, ut patet; quia
omnia à parte rei sunt singularia: ergo si haec
forma non reperitur nec potest reperiri à par-
te rei, dispositio certe illa passiva erit ens
rationis. haec ratio probat de omnibus de quibus agit
logica per se. quia omnia sunt entia rationis, ut
esse universale, esse praedicabile, esse praedica-
mentum: quod consistit in collocatione superiorum et in-
feriorum similiter nihil est à parte rei, ergo lo-
gica tantum aget de talibus entibus rationis. et ergo
obiectum formale logicae erit ens rationis dispositivum.

Obiectum formale logicae ens rationis.

Probatur contra. Ens rationis logicum habet suam
essentiam et proprietates demonstrabiles, ergo est obiectum
formale alicuius scientiae, sed nulla alia scientia datur
quae de hoc obiecto disputet, ut discurrenti per
singulas scientias patebit, quam logica,
ergo logica habebit hoc ens rationis pro obiecto formali.
competunt siquidem ipsi proprietates omnes,
quas debet habere obiectum formale alicuius scientiae:
ratio n. illius considerat logicus nostros conceptus
et nas rerum in quantum sc. substant tali vel tali
formae quae est ens rationis.

Conclusio Sexta

Ratio formalis sub qua logicae, est ab-
stractio ab omni materia tam sensibili,
quam

quam intelligibili. Probatur ratio. Opatis mentis sunt abstracta ab ei maa. ergo et idq consequt illas, sed ens ratis sequitur illas, ergo erit abstractu ab ei maa. Haec conctus latius explicabitur infra.

Obicies 1o. Ens ratis nullas habet proprietates demonstrabiles. ergo de illo nulla erit scia. patet consequa. qa de rae sci alicuius scia e habere proprietates demonstrabiles, probatur ans. vel n. illae proprietates essent entia realia, vel entia ratis, neutru pot dici. ergo. non primu, alias proprietates excederent in perfectione ipsam essentiam, q dici nequit. non secundu, qa hoc modo proprietates non distinguerentur ab essentia et a extra naam proprietatum, q debent distingui ab subto. q vero non distinguerent, probatur. qa unu ens ratis non distinguitur ab alio.

R. Nego ans. ad probatum R. illas proprietates esse entia ratis, ad huius impugnatem R. Oes proprietates reales debere distingui ab essentia, non vero proprietates demonstrabiles, ut patet in ente, de quo vere demonstrantur eius passiones, q sc: sit unu, veru bonum, q tn proprietates nullo modo distinguuntur ab illo. et ideo vocantur demonstrabiles. et eadem rone in proprietatibus entis ratis.

Obicies 2o. Nullum ens ratis pot causare aliquem effectum realem, sed conceptus mentis ut dispositi in forma logicalem producunt effectum rea

eodem ergo illi ut dispositi non erunt ens rationis sed reale. Et ergo dispositio illa passiva conceptuum non erit ens rationis. Maior patet. Probatur minor. Actus compraemissarum causant scientificum habitum, sed habitus scientiae est effectus realis ergo illi actus ut sunt dispositi in formam syllogisticam causant aliquem effectum realem. Consequentia patet. Nisi enim dispositio accederet tales conceptus in forma syllogismi nunquam generarent habitum scientiae. Similiter, habitus inclinat ad tales actus bene dispositos, ergo ab illis ut bene dispositis fuit causatus. Consequentia est evidens quia habitus inclinat ad illos actus a quibus fuit causatus.

R. Concedendo mai: et distinguendo min: sed conceptus mentis bene dispositi causant effectum realem materialiter sumpti concedo min: formaliter nego min. Haec ipsa entitas conceptuum recte et ordinate dispositorum, causat effectum realem, non tamen ipsa dispositio, vel forma, quam tunc causare potest talem effectum quod patet aperte: si enim illa forma poneretur in aliis actibus non ita claris et evidentibus non generabit scientiam. Verum tamen est quod tales conceptus non possint generare scientificum habitum absque tali dispositione et directione, ipsa tamen directio et dispositio non causat, sed est modus quidam formalis mere petitus, ut habitus scientificus causetur, quod nemini mirum debet videri ens scilicet aliquod rationis mere requiri ad productionem alicuius effectus realis. Exemplum enim huius rei clarissimum

hab

habemus in vocibus significationis quae certe
aliquem realem effectum producunt dum po-
tentias movent; talem vero effectum realem produ-
cere non possent si carerent sua significatione.
quae significatio ut in summulis diximus, folio. 30. est me-
rum ens rationis; vero tamen petitur ut voces mo-
veant potentias, si n. nullam haberent significationem
neminem ad aliquid concipiendum moverent.
Hinc ergo est inconveniens quod ens rationis concurrat
ad aliquem effectum realem, non ut causa in-
fluens, sed ut conditio, vero petita ut
talis effectus producatur. Quod ergo dicitur, ergo illa di-
ctio producit effectum realem, distinguendum est,
ut causa influens, negatur prius. ut conditio
et modus causae, conceditur. ergo est ens reale.
negandum est consequentia.

Obiicies 3º. Tractare de ente rationis spec-
tat ad metaphysicum, ergo non ad Logicum.
ergo ens rationis non erit obiectum logicae. probatur
consequentia. istae duae scientiae sunt distinguuntur, ergo
non tractabunt de eodem obiecto. antecedens probatur.
metaphysica tractat de omni ente, ergo et de ente
rationis.

R. Distinguendo antecedens. tractare de ente
rationis spectat ad metaphysicum, eo modo quo
ad logicum, nego antecedens. diverso modo con-
cedo antecedens. ergo non est obiectum sub ente logico
negatur consequentia. Metaphysicus n. tamen considerat
rat ens rationis sub ratione suam entitatem ap-
parentem, vel quatenus est quidam modus
entis realis; non tamen considerat illud qua-
tenus conducit ad veritatis conditionem

qua

qua ratione à logicis consideratur.

Obijcies 4o. Quod non est scibile non potest esse obiectum scientiae, sed ens rationis non est scibile, ergo non potest esse obiectum logicae. maior patet. probatur minor. vel non sciretur aut cognosceretur per propriam speciem vel alienam, sed nulla scitur aut cognoscitur, ergo non est scibile.

R. Nego minorem. ad probationem dicendum quod ens rationis cognoscitur per speciem impressam entis realis, per speciem vero expressam propriam. quae species expressa causatur à specie tamen impressa qua expressa, entis realis ut supra diximus. fol: 375.

Dubium Sextum.

Utrum Logica sit una specie Scientia et una simplex Qualitas. Quomodo ad alias Scientias se habeat. Et quis Finis illius.